



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1100. Usque Ad Annum 1143

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1762

VD18 90117999

§. 65. S. Hugonis Cluniacensis extrema.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66385](#)

omes
ngu-
nium
Aliud
itulo
tem-
num
Gu-
elmi
cau-
mil-
cun-

sis.
bus,
, a
um,
um,
t de
fuis-
en-
nii,
Rex
ans,
scu-
An-
copi
esse
un-
defuncti Præsulis mandato profitentur, Sæcul. XII.
etiam, si necesse foret, cum Dignitatis A.C. 1109.
suæ jactura. Tum advocatus Samson,
Episcopus Vigorniensis, cuius filius, ex
legitimo toro natus, erat Thomas Archi-
episcopus, in ceterorum Episcoporum
sententiam ivit, dixitque, facturum se
accurate, quod Anselmus ante mortem
jussisset. Rex quoque suo calculo ac-
cedens Thomæ significavit; eam obe-
dientiam, quam Antecessores ipsius præ-
stitterent, Ecclesiæ Cantuariensi promit-
teret, vel Archiepiscopatu se abdicaret.
Fecit Thomas, quod jubebatur, atque
consecratus est die Dominica, vigesima
septima Junii, a Richardo Episcopo Lon-
dinensi, qui prius memoratum juramen-
tum ab eo recepit, moxque Cardinalis
Pallium ei dedit. At Thomam, quoad
vixit, pœnitentia torsit, quod manibus
Anselmi ordinari noluisset. Ceterum
Episcopus Londinensis, tanquam Eccle-
siæ Cantuariensis Decanus, hac conse-
cratione defunctus est.

§. LXV.

S. Hugonis Cluniacensis extrema.

Eodem anno, octiduo post S. Ansel- Sup. lib.
mum, ad Superos evolavit S. Hugo, LIX. s. 58.
Ordinis Cluniacensis annis sexaginta Re-

N 3

ctor,

Sæcul. XII.
A.C. 1109.

Rector, quis, ut meminimus, Urbanum II. Papam, & S. Udalricum, Operis de Consuetudinibus Monasterii Auctorem, & plures alios viros doctrina & pietate spectatissimos, Discipulos habuerat, S. Petri Damiani, Desiderii, Abbatis Montis Cassinensis, virorumque omnium illo ævo Sanctitate conspicuorum, amicus, Imperatori Henrico Nigro, Agneti Imperatrici ejus uxori, Henrico IV. eorum filio, qui ipsum ultimis Regni annis Iudicem sibi deposcebat, Philippo Regi Franciæ, & tandem Alphonso VI. Regi Castiliae, cuius munificentia adjutus Ecclesiast. Cluniensem, hodieque stantem, magnificentissimo opere condidit, carissimus, & summo honore cultus. Nempe, Hugone Præside, Ordo Cluniacensis ad summum gloriae fastigium pervenit, unde ipso vita functo paulatim decidit. E vita vero excessit, nona Aprilis, anno millesimo centesimo nono, ætatis sua octogesimo quinto. Vitam ejus sexto ab obitu ipsius anno scripsit Hildebertus Episcopus Cenomanensis; sed ea, quæ ipsi portentorum similia videbantur, studiosius, quam Viri Sancti gesta & mores nobis retulit. S. Hugo, haud diu post solemnî Ritu a Callisto II. Papa Sanctorum Catalogo insertus, ab Ecclesia in die, qua mortalibus eruptus est,

Boll. 29.
Apr. to. II.
p. 629.

Bibl. Clun.
p. 414.
Sup. § 42.
Lib. LXIII.
§. 6.

est, colitur. Eidem in Monasterii Regi. Sæcul. XII.
mine succedens Pontius, qui ex Mona- A.C. 1109.
sterio S. Pontii Tomeriarum ad Clunia- Bibl. Clun.
cense transferat, Abbas, numero septi- p. 551.
mus, in pace annis duodecim, præfuit.

§. LXVI.

Alphonsi VI. Regis Castiliæ obitus.

Alphonsus VI. Rex Castiliæ, qui S. Hu-
gonem maximi fecerat, eidem tribus
non plus mensibus superstes, e vita mi-
gravit die Jovis, prima Julii, æra mille- Sup. lib.
fima centesima quadragesima septima, LXXXIII. §. 6.
seu anno eodem Christi millesimo cen-
tesimo nono, ætatis septuagesimo, Re- Pelag. ovet.
gni trigesimo sexto, atque in Ecclesia p. 77.
S. Fagonis sepultus est. Coronæ hære-
dem reliquit Urracam filiam, quam invi- Roder. VI.
tam, & repugnantibus Castiliæ Proceri- c. 33.
bus, Alphonso Regi Aragonum colloca-
verat, quamvis ex primis nuptiis cum
Raimundo Burgundo, filio Guilielmi Co-
mitis Viennensis, filium peperisset &
ipsum Alphonsum dictum. Secundi ma-
trimonii ineundi Auctores fuerant Ber-
nardus Archiepiscopus Toletanus & Epi-
scopi Castiliæ; verum Alphonso VI. fa-
tis functo, Proceres & ipsa Princeps Ur-
raca affirmabant, conjugium suum cum
Rege Aragoniæ ob affinitatem matrimo-

N 4

nium